



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,  
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,  
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non  
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Triplex Statvs; Ecclesiasticvs, Religiosus, & Sæcularis

**Escobar y Mendoza, Antonio de  
Lugduni, 1663**

6. De his, quibus Beneficia sint conferenda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80707](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80707)



## CAPVT V.

## De Beneficiorum Collatoribus.

29  
Pontifex  
ge. et alii  
est benefi-  
cium colla-  
tor, qui tri-  
bus modis  
potest ea  
conferre.

**P**RESVL sumus est generalis collator habens generalem potestatem conferendi omnia beneficia in quacumque Diocesi. Quia est supremus dispensator bonorum ecclesiasticorum, & omnium Episcoporum, & ecclesiasticorum superiorum, & adeo Ordinarius orbis totius Ordinarius. Triplici autem modo potest beneficia conferre. primò, iure praerogationis, vt quando alicui confert gratiam expectatiuam ad beneficium primò vacaturum. Secundò, concurrendo cum alijs collatoribus. Necesse autem est, vt in hoc casu referret, vel conferat beneficium ante ordinarij: alioqui collatio ordinarij valida erit, & hac ratione etiam legatis à latere solet concedi, vt beneficia conferant. Tertiò, iure deuoluto, vt quando ratione criminis, v. grat. ob simoniam consentia, vel ratione negligentie collatoris, ius conferendi deuoluitur ad pōfitem ex canonum dispositione. Eodem iure se per confert Episcopus, quando inferiores collatores sunt negligentes. *Glos. ad Cap. Felicitas, §. sit. de pōis in 6. Cap. Per principalem 9. q. 3. Cap. Dudum, de prob. in 6. Rebus in praxi, §. de deuolut. num. 46. Cap. Quia de concess. prab. Fillinc. tr. 41. n. 2. Pius IV. in Bul. Ad Romanum Pont.*

30  
Qua bene-  
ficiadebeat  
intra sex  
menses  
conferri.

Dignitates infra Episcopatum & Abbatia & alia beneficia regulariter conferri debent intra sex menses, alioquin deuoluntur ad superiorem. Similiter Patronus laicus intra quatuor menses non praesentet, & Ecclesiasticus intra sex, beneficium efficitur liberum, cuiusque dispositio ad eum, cuius est instituere, deuoluitur. *Cap. Nullus, de concess. prab. cap. vni. de iure patronat. in 6.*

31  
Episcopus  
in propria  
Diocesi  
est omnium  
beneficio-  
rum colla-  
tor.

Summus Praesulatus videtur iure praerogationis, & concursus, ad vitandas confusiones, ac lites adeoque in multis Ecclesiis sibi certos menses reservant, quibus confert, reliquis ordinario relictis. Quia propter nisi ex fundatione beneficij, vel ex legitima praescriptione ius conferendi alteri competit, vt capitulo, decano, praeposito, Abbati, vel alteri Ecclesiastico, in quacumque Diocesi Episcopus est proprius omnium beneficiorum collator. Quia hic sua in Diocesi est Sacrorum moderator, vnde ad eum spectat omnes Ecclesiae Ministros constituere, & officia sacra conferre. *Reg. 8. Cancel. Cap. omnes Basilica 16. q. 7. C. Nullus 16. q. 7. Fillinc. tr. 41. n. 24.*

32  
In curia  
Romana si  
ad sit, ea  
nequit con-  
ferre, sed  
pertinet ad  
Papam  
illatio.

Est consuetudine receptum, vt Episcopi in Curia Romana existentes, non possint vlla beneficia conferre in propria Diocesi vacante, sed necessarium esse, vt Curiam exeant ad ea conferenda. Possunt tamen in Diocesi aliena; quae autem in Curia vacauerunt, pertinent ad Pontificis dispositionem. Tota sunt eorum, qui de Curia sunt Romani: & eorum, qui Romae morantur, aut prope Romam ad duas dietas, id est, quadraginta mil-

liaria Italica: & eorum qui ibi resignant. *Reg. 1. Can. cl. Extrin. Ad regimen. de prab. Fillinc. tr. 41. n. 10. Mald. 2. 2. tr. 9. a. 2. dub. 4.*

Et si Capitulum sede vacante vice Episcopi fungatur in iis omnibus, quae iurisdictionis Capitulum ordinariae sunt, non tamen ei succedit in libera sede vacante, & gratiosa beneficiorum collatione, sed in necessitate, non con-  
faria, & debita. Vnde non potest conferre beneficia spectantia ad solum Episcopum, vel ad eam libera, ipsum ex consensu, ac consilio Capituli. Necesse est, necesse potest praesentare, nec eligere, quando praesentatio, aut electio ad Episcopum spectabat, potest tamen instituere, & confirmare electos, & praesentatos, & gerere alias collationes necessarias, vt quae debentur certis personis, vel certo personatum generi ex fundatione, vel ordinatione. *Cap. Illa, ne sede vacante. cap. Si ad Episcopum, res. vac. in 6. c. 1. de inst. in 6. Mald. 2. 2. tr. 9. c. 2. dub. 4. Azor. tr. 1. 2. 3. c. 38. Leil. 2. c. 34. an. 10. n. 50.*

Non potest Vicarius generalis Episcopi beneficia conferre nisi de speciali mandato. Quia ea, quae sunt iustitiae, & necessitatis, eaq, quae sunt voluntariae iurisdictionis, non tamen, quae sapientiam gratiam potest expedire: At collatio beneficiorum est mera gratia, cum sit donatio quedam. Mandatum autem speciale habere dicitur, si eo ad eam sit generalis clausula. Et ad omnia alia, etiam si mandatum exigitur speciale. Licet vero Vicarius praesentare non possit, potest tamen electos, & praesentatos confirmare, ac instituere. Quia hoc est iustitia, ac necessitatis. *cap. fin. de offic. vicar. in 6. Azor. p. 2. l. 3. c. 44. q. 1. 4. & 5. Fillinc. tr. 41. n. 48. & 49.*

Denique laici non habent beneficia conferendi, nec instituendi, nec confirmandi: nec id possunt comparare praescriptione, vel consuetudine, quamvis immemoriali. Possunt tamen Papae privilegio, quod fuit aliquando nonnullis Imperatoribus ac Regibus concessum. Laicus vero habet ius praesentandi ad beneficia vacantia, quod ius vocatur ius patronatus, de quo superius. Quod qui tenet ius potest acquirere, & habere hereditarium, & si sit hereditarium, in illam etiam transit: si non est hereditarium, qui sunt de familia, altem vbi femina succedunt. *cap. cum ex eo, de elect. in 6. c. 1. de iure patronat. in 6. Azor. 10. 2. l. 6. c. 1. q. 19. c. fin. de concess. prab. cap. Ex l. i. de iure patronat.*

## CAPVT VI.

## De his, quibus Beneficia sint conferenda.

**N**VQVAM beneficium in ligno est conferendum quā lo dignus ad sit. Indignus autem dicitur, qui vel est irregularis ex ignorantia, seu insipientia, ex obstaculo, vel infamia, vel non putatur futurus utilis, nec aptus officio. Vnde collator ad conscientiae securitatem debet scire, eum, cui confert, esse dignum, nec satis est neire, indignum esse. Quia ex officio tenetur dignum illud conferre, Dignus autem dicitur, qui omnibus consideratis, putatur optime satisfactorius Ecclesiae, quae utilis futurus. Porro in si?



## Secl. II de Benef. Recept. sententia. 41

in cap. cum in cunctis de elect. Tria requiruntur, ut quis beneficio curato dignus censetur, nempe *etas* conveniens, *probitas* morum, ac debita *sententia*. Et ipso iure suspenduntur ab electione, pro illa vice, eligentes indignum, & triennio a suis beneficiis. Filiuc. *trakt. 4. c. 4. qu. 7. Lelli. l. 2. c. 34. dnb. 12. cap. Graue nimis de prebend.*

37 *Quingue in casibus licet beneficia digno conferri, praetermissio.*  
Licetum est in quinque casibus praetermissio digniori, digno conferre beneficium. Primo, si Patronus laicus praesentet dignum, huic debet conferri si vero beneficium curatum, & Patronus Ecclesiasticus, tunc dignissimo est dandum, *cap. Monasterium. 6. q. 7. Tridentin. sess. 14. c. 18.* Secundo, si beneficium sua institutione dandum sit alicui ex certa familia, vel oppido, vel si Canonum decreto sit eligendus a quibus ex Clericis eiusdem Ecclesiae, tunc apostolico inter eos dandum est, non aliis etiam aptis, *cap. Nullus. cap. obitum. dist. 6. 1. Conar. Reg. peccatum p. 2. §. 7. Synod. 2. 2. q. 63. 4. 2. questio. 4. c. 3.* Tertio, si aptiores reiciendi tunc beneficiis parochialibus, eo quod pauci bene idonei ibi repertantur, tunc beneficia sine cura quamvis optima debent minus dignis conferri. Filiuc. *trakt. 4. n. 176. Lelli. l. 2. c. 34. n. 59.* Quarto si plures sunt electores, & paucorum suffragia in dignissimum inclinent, tunc si meum suffragium nihil esset dignissimo profuturum, ut non eligatur indignus, vel minus dignus: teneor, omisso dignissimo, conferre illud in digniore, vel saltem in dignum. Filiuc. *tr. 4. n. 176. Diana p. 3. r. 5. resol. 110. Lelli. l. 2. c. 34. n. 60.* Quinto denique, resignans in favorem alterius, satis est, ut quareat dignum, & sic fert recepta consuetudo quia cum resignans non sit distributor, si iure percutatur in favorem resignare, potest cuicumque digno voluerit. Diana p. 2. r. 1. resol. 4. citans Reginaldum, & Malderum.

38 *Beneficia infrenda dignissima.*  
Electores, praesentatores, & collatores semper tenentur, quantum in ipsis est, procurare, ut dignissimis beneficia conferantur quia primario instituta sunt ad cultum Dei, & Ecclesiae utilitatem: secundario ut sint praemia virtutis: si omittitur dignior, contra utrumque sine modo elinquetur. D. Th. 2. 2. qu. 63. a. 2. & 7. 185. a. 3. Navar. *ad cap. si quando, de rescript. except. 16. n. 10.* Unde in beneficiis curam animarum habentibus, vel aliam magni momenti in Ecclesia finem ovem, eligere, postulare, aut praesentare dignum; omisso digniore, qui in promptu adest, est lethale peccatum omnia qui digniorem omittit, agit in re gratia contra fiduciam ex officio Ecclesiae debent. Trident. *sess. 14. c. 1. Conar. ad Reg. peccatum p. 2. §. 7. Filiuc. tr. 4. n. 178. Lelli. l. 2. c. 34. n. 64. Azor. p. 2. l. 6. c. 15. q. 1.*

39 *Papa & Reges non tenentur, digniores eligere, nisi in promptu sint.*  
Qui habet ius conferendi beneficia per promotionem, ubi, ut iunt Papa, & Reges, non tenentur digniores eligere, nisi in promptu sint, sed sufficit eligere dignos, quia alioquin sepe tenentur, ut digniores quare, quod a summo praesentat, & a Regibus duorum esset exigere. Reginald. l. 10. n. 179. apud Dian. p. 2. r. 1. resol. 40.

40 *Quid in beneficiis simplicibus, ut canonici, capellani, & alii praeter dicta, non censetur peccatum mortale, semel aut bis praetermittere digniorem, eligendo dignum si vero passim fieret nullo delecto, ut digniores assumantur, lethale quidem esset.* Quia quod semel vel iterum dignior praetermittatur in huiusmodi beneficiis, non censetur notabile, & Ecclesiae incommodum; paucorum enim meritis poterit aliorum integra sufficiens compensari (scio a doctis absolute censeri peccatum lethale nunquam esse, si in huiusmodi beneficiis, quae curam animarum non habent, dignus, relicto digniore, assumatur, de quo *sess. 1. Navarra 2. de rescript. c. 2. n. 148. Sa v. Beneficium n. 42. Azor. 2. 2. q. 63. a. 2. Angel. v. Electio. n. 20. Lelli. l. 2. c. 34. n. 66.*

Profecto in beneficiis, quae per oppositionem, & in concursu dantur, digniorem omittere, lethale est cum obligatione ad damni restitutionem, prudentium iudicio, quia tunc dignior habet ius strictum ex Trident. *sess. 24. c. 8.* & aliquorum Canonum lege: ergo si illi iniuria. Attamen debet esse talis notabiliter dignior arbitrio prudentum. Navar. *sum. c. 17. n. 74. Lelli. l. 2. c. 34. n. 75.* In aliis vero beneficiis non est agenda restitutio, quia dignior non habet ius strictum ad illud, sed largum duntaxat, consistens solum in maiore aptitudine, unde non fit ei proprie iniuria. Si autem beneficiarius idoneus non sit, tenebitur is, qui procuravit, ad restitutionem, non quidem dignos, sed Ecclesiae, quae debito ministro caruit, vel etiam damnum accepit. Quod si nullum damnum accepit, ad nihil auctor tenebitur. Conar. *ad Reg. peccatum p. 2. §. 7. n. 7. Sotus l. 4. de iust. q. 6. a. 3. Filiuc. tr. 4. n. 185 & 184. Navar. c. 17. n. 72. Lelli. l. 2. c. 34. n. 76.*

### CAPVT VII.

#### De modis, quibus Beneficia amittantur.

42 *Beneficium amittitur per mortem naturalem, aut civilem. Et per aliterius incompatibilis affectu.*  
Xuris dispositione quatuor ex causis beneficium amittitur. Prima est sine delecto beneficiarii, nempe per naturalem ipsius obitum, per mortem civilem, id est, per ingressum & professionem expressam, vel tacitam in approbata Religione emissam: & per matrimonium validum, licet consummatum non sit. *cap. beneficium, de reg. in 6. Lelli. l. 2. c. 34. n. 187. Layman. l. 4. r. 2. c. 17. n. 1.* Per matrimonium vero invalidum, non priuatur ipso iure contrahens, sed priuandus est per sententiam. Secunda amittitur propter alterius beneficii incompatibilis affectu. Azor. *p. 2. l. 7. c. 16. Paris de resignat. l. 1. q. 6. n. 118.*

43 *Ex per unum quoque ex quatuor delictis.*  
Tertio amittitur ipso iure ob crimina sequentia. Ob haeresim, nec prodest triennis possessio. Ob schisma. Ob episcopi Cardinalis percussione. Ob homicidium qualificatum, nempe per sicariu pretio conductu. Ob falsificationem litterarum Apostolicarum. Ob sodomiam saepius exercitam. Ob Reclitoris vel alius clerici Ecclesiae, in qua beneficium adeit, per se, aut per alium occisionem. Ob acceptum aliquid ab examinatore pro examine ad parochiale. Si obtinens Episcopatum, non accepit consecrationem intra tres menses a pacifica possessione, si ob mens Parochiale non fuerit promptus ad sacerdotium intra annum.

D 3 annum